



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Corpora Sacntorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

9 **EPI SCOP**o præcipiente reuelationem alicuius sub pœna excommunicationis, supra, Accusatio. §. 29. an. & quomodo sit ei obtemperandum, quando probatio deficit.

10 **EXISTENS** in peccato mortali, siue sit iudex ecclesiasticus, siue secularis, secundam quod determinat S. Th. secunda secundæ. q. 60. a. 3. & Caic. ibi secunda secundæ. & Tab. vel correctio. §. 4. utens officio suo in his, quæ non sunt ordinis, sed iurisdictionis: quamuis sit in mortali etiam publico, non peccat mortaliter per se loquendo, dū punit & corrigit delinquentem, sed per accidens ratione scandalī, potest peccare mortaliter, idē cum humilitate potest arguere, corrigerē, & punire: nec sequendus est S. Tho. in 7. sent. sed in secunda secundæ, supra. Qui vero est in mortali, prius deberet se corrigere, & inde alios, & dū sinit in mortali, debet corrigere potius rogando, quam increpando, & maxime quādo peccatū suum est publicum: sic enim non nascitur scādalum. Nihil ergo facit in hac materia peccatum mortale, sed scādalum: quōd semper quantum possibile est debet vitari, ne ob malum exemplum alij infirmi ad præcepta trahantur.

11 **MULTI** sunt casus, in quibus correctio potest dissimulari, & etiam punitio, ut quando mali à bonis non possunt discerni, quando propter talem punitiōnem timeretur schisma, vel scandalum, quando speratur emendatio, sine alia correctione, & breuiter quando esset aliquis bono respectus, ex quo maius bonum probabiliter speretur, tūc cessatio à correctione nō esset contra charitatem, & consequēter non esset mortalis. Facit c. comestrationes. d. 14. & c. ipsa pietas 27. q. 4. c. cum quis. ibi. Et quando mali profunt ecclesiæ bonos excitando, & correctio nō speratur, dimitti potest.

### CORPORA SAN- ctorum.

12 **CORPORA** sanctorum non possunt trāsferrī de loco ad locum,

postquā tradita sunt sepulturæ perpetuæ, sine licentia Episcopi. in c. corpora de consecr. dist. 1. vide infra, Reliquiæ. §. 3.

### CORPORALIA.

1 **CORPORALIA** debent esse de puro panno, lino albo, & benedicto ab eo qui potest benedicere, non de panno tincto, vel serico. c. in consulto. de con. d. 1. quæ non debent tangi, neq; abluī per feminas. c. sacras. 23. d. & c. nemo. de conse. d. 1. cl. 2.

2 **DIACONI** debent corporalia lauare, pro quibus debent peluim nouā habere, & primam lotionem in sacramento proijcere, in d. c. nemo post primā abluōnem possunt lauari per moniales, & repetiari, secundum Pe. de palu. qui excusat moniales in hoc, quod tamen verum puto, ubi est cōsuetudo, quam opinionem sequitur Ca. in ver. mulier in summa.

3 **CORPORALIA** possunt consecrari per Abbatem. supra, Abbas. §. 8. & generalem ac prouincialem mendicantium ex priuilegio: supra, Consecratio. §. 12.

4 **CORPORALIA** post abluōnem nō indigent resecratione, licet amittis recesserit, neque si aliquāter repetentur, nō enim perdunt formam, etiam licet alius amittere ponatur.

5 **CORPORALIA** debent teneri munda, ut præcipitur de cust. eucha. c. relinqui. & cap. statuiimus. & negligentes puniti debent, & peccant mortaliter, quando ita relinquunt immunda, ut res rusticorum videantur. ut etiam d. Sil. in ver. vasa. De purificatorijs eadem videtur ratio, quantum subdiaconi ea tangant, & abluant. in ipsis enim aliquando imbibuntur stillæ sanguinis Christi.

### CORPORE VITIATVS.

1 **CORPORE** vitiatus, in ordine ad ordines sacros respectu noui testamenti: secundū Asten. & canonistas, est mutilatus, id est, qui caret membro, & habens membrū debile, ut oculum cæcum, vel manum aridam, vel aliud membrū inefficax, si eo careat, mutilatus dicitur.

2 **COR-**